

idq; quinq; de causis probant longa serie uerborum in tertio ca-
pite libri an stellæ agant ostendantq; se uidiſſe artis iudicatiuæ
præcepta de angulis: & domiciliis & planetarum p̄prietatibus
ex sola recitatione: & rīſu cōfutando quæ scribūt astronomiæ
auctores: cum non uideant eorum rationes: sed figmēta iudicāt
ommitto breuitatis causa: nā tu respōdendo referabis. Astro.

Vidi in fonte eorū fabulas: nec erubescūt hīs cōtradictōibus
apertissimis: ille cum pueriliter rideat deridebitur: si locorum p̄-
prietates fingit tunc ignorare: & celi & stellarum cōfiguratiōes
quas nunc nunc causas rerum omnium profundo stillo mani-
festauit esse: neque naturalia satis cognouit: cum dicat ex muta-
tione locorum terrena non mutari: forte non sua aptus natura
erat talia rimari suus demon: quo auctore platonice perscrutan-
tur: nos cū aristotele de naturalibus sentimus naturalia ex mu-
tatione locorum ualde mutari legat experta naturalium istoria-
rum stellas tamen in se mutari ex locorum mutatiōe astrologi
non dicunt: sed extra se in effectibus: nec ut dictū est sæpe astro-
logi malas in se stellas faciunt: sed appropriatæ cum tamē argu-
mentum suū non tollit: quā sint malæ: sequendo uim argumē-
ti: quia licet stellæ fungantur diuinæ prouidentiae benefico mu-
nere: & sint bonæ nō optimæ: solus enī deus optimus: possunt
tamen hominibus innocētibus suo modo nocere licet uere nul-
lus sit innocens propter lapsum primī parentis: & enim uenena
& serpentes bona sunt & funguntur benefico diuinæ prouidē-
tiae munere & tamē hominibus sæpe nocent propter lapsum pri-
mī parentis. quod stante originali innocentia secus foret p̄pter
ea non debet defensari: quando quidē detestatur quod ignorat
rationem certe ignorauit qua ab astrologis dicantur aliqua stel-
læ malæ & aliqua bonæ pro suis conditōibus sicut & male si
logizauit stellæ omnes deo ad nutū obsequunt ergo sunt ani-
mata cum reliqua omnia ut stellæ obediant ad nutum deo: &
tamen aliqua bona inanimata dicimus & aliqua mala nocētia
hominibus. imo & homines malos & dices appellare licet imo
inquit apostolus dices malī sunt & boni: sic & hoīes & uenena
sepe bona largiuntur ægregia: ut naturales istorici experimento
comprobant non ergo recte concludunt contra astrologiam: se-
cundo deridet quia leuis longo sermone narrans unde quæ de